



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Charitatis bona sunt septem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANAMI

fidis nec ipse eget ; ualde autem in nobis charitatem ueram , id est amorem humilem quem in nobis uicissim impeditus , timet ; et nimis concordia nostrae inuidet , quia hanc temimus in terra , quam ipse tenere nolens , amisit , in celo . Dilectio igitur est certum signum , quo discernuntur filii Dei a filiis diaboli . Quartum est , quia Diabolo multum displiceret . Vnde Augustinus inquit . Nihil deluderabilius diabolo extinctione charitatis . Quintum est , quia homini multum prodest . Sed de hoc require & uide in sequenti capitulo .

Charitatis bona sunt septem .

Primum est , quia hominem docet , quemadmodum Augustinus docet inquiens . Vox charitatis super omnes libros est . Et Deus Gregorius etiam ait . Viros quas imperitia deuexat , charitas subministrat . Secundum est , quia hominem protegit , sicut et a malis corporalibus & spiritualibus . Eccles . Qui custodiam mandatum non experietur quicquam mali . Et Aug . Vbi charitas est , quid est , quod possit obesse ? et ubi non est , quid est , quod possit prodesse ?

INSTITVTO. 57

Mem quoque dicit. Habe charitatē,
& fac quicquid uis. Tertium, quia
habitaculum dei facit hominem. Vn-
de Io. dicebat. Deus charitas est, & 1.Ioā.4.
qui manet in charitate, in Deo ma-
net, & Deus in eo. Super quibus uer-
bis ait D. Bernardus. Deus charitas **Bernar.**
est, & quid pr̄ciosius? & qui manet
in charitate, in Deo manet, & quid
securius? & Deus in eo, & quid iu-
cundius? Vbi charitas non est, Deus
non est, sicut dicit Augustinus. Sic **Augus.**
familiaris est Deo charitas, ut ipse
mansionem habere nolit, nisi chari-
tas non est. Quartum est, quia alie-
na bona nostra facit. Vnde Augusti-
nus inquit. Quisquis per aliquam ne-
cessitatem non poterit implere quod
iubet Deus, amet illum qui implet,
& in illo implet. Quintum est, quia
peccata operit. Dicebat Petrus. An-
i.Pet.4
te omnia autem mutuam in uobis met
ipsis charitatem continuam haben-
tes, quia charitas operit multitudi-
nem peccatorum. Et Gregorius. Cū **Greg.**
concorditer uiuimus, mala quæ feci-
mus uelamus. Sextum est, quia fi-
lium dei facit. Ideo dicebat Ioannes.
Qui diligit fratrem suum, ex Deo na-
tus est. Et Pater Augustinus. Qui di-
lit, dilectio est certum signum, quo
discernuntur filii Dei à filiis diaboli. **1.Ioā 4.**

Augus.

Augus.

Augus.

V CHRISTIANAI

Septimum est, quia ad uitam æternam perducit. ipsa est enim uia, que dicit nos ad Deum. Sic dicebat Augustinus. Charitas est uia hominum ad Deum, per charitatem homines ad Deum currunt, & ad Deum perueniunt. Ob hoc D. Bernardus ad eam inuitans, ait.

Augus.

Bern.

Dilatemur in affectu charitatis, ut exaltemur in gloria celi studinis, quia nemo ad illam peruenit, nisi qui huiusmodi dilectionem Dei, & proximi deuota mente tenuerit.

Charitatis signa sunt quinque.

Primum est, si aduersa patienter tolerat; cuius signum, seu conditionem declarat de chari-

1. Cor.
13.

Remig.

Greg.

Augus.

tate loquens. Charitas (inquit) patiens est. Quum ueritatem Remigius affirmans ait. Qui habet charitatem patiens est tolerando aduersa. Secundum est, si defectum proximi quiete portat. Vnde Gregorius di-

cit tantam quilibet portat proximū, quantum amat. si enim amas portas, si desistis amare, desistis & tolerate; Quos enim minus diligimus, minus toleramus. Et Augustinus. Qui por-

tant inuicem onera sua, nisi qui ha-